UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto venerando martyre. Cap[itulum]. lx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

et ſancta virgo a ſancto repleta ſpiritu: ſua illos facundia ſuperaſſet. Protinus ad xp̄m conuerſi ſunt: ⁊ ſe katherine orationibꝰ commēdarunt. Quos maxentiꝰ iratꝰ iuſſit in medio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iā ex his que virgo perorauerat: in fide xp̄i edocti eſſent: ⁊ baptiſmū ſolicite expeterēt: admonuit illos virgo dn̄i nihil heſitare: cū in ſuo forent ſanguine baptizādi. Qui bn̄dictione ſancte virginis accepta: ſignātes ſe ſignaculo ſctē crucis: ⁊ in eadē fidei cōſtantia vnanimes pſeuerātes: ſm̄ ceſaris decretū in ignē miſſi: ita dn̄o aīas reddiderunt: vt nec corpa illorū: nec capillꝰ: nec veſtimēta aliqualr̄ aduſta fuiſſent. Quo miraculo plurimi paganoꝝ cōuerſi ſunt: ⁊ corpa martyꝝ rapientes in eadē ciuitate ſepelierūt idibꝰ nouēb.

¶ De ſanctis Archadio paſchaſio ⁊ ſocijs mar. Cap. lviij.

ARchadius paſchaſius: probꝰ: et eutychianus apud aphricā paſſi ſunt ſub gerſerico rege arriano. Qui ex hiſpania oriundi apud eūdē regē chari clericꝫ habebantur. Et cū ex eiꝰ ſuaſione arriane pfidie cōſentire nollēt: primo quidem ab eo proſcripti: deinde in exiliū acti: poſtmodū autem atrociſſimis ſupplicijs cruciati: nouiſſime diuerſis mortibus interēpti illuſtri martyrio occubuerūt. Cū his quoqꝫ erat ⁊ puer paulinus nomine frater eutychiani et paſchaſij: qui cum ſimiliter a profeſſione catholice fidei perturbari nō poſſet: diu fuſtibꝰ ceſus ⁊ ad infimā ſeruiturē dānatus: p xp̄i noīe martyrio coronatꝰ eſt. Quorū oīm paſſio recolit id. nouē. Hec ado ī martyrologio ex dictis hiero. ſumpto.

¶ De ſancto ſerapione martyre. Cap. lix.

SErapion martyr apud alexandriā paſſus eſt ſub decio ceſare. Quez pſecutores domi eiꝰ reptum: crudeliſſimis affecerunt ſupplicijs. Ita vt ei omnes iuncturas mēbrorū prius ſoluerēt. Deinde ipm̄ de ſuperioribus precipitauerūt. Sicqꝫ colliſo capite ⁊ excuſſo cerebro xp̄i martyr efficitur. xviij. kalen. decembris.

¶ De ſancto venerando martyre. Cap. lx.

VEnerandus martyr apud trechaſinam ciuitatem paſſus eſt ſub aureliano imperatore. Qui cū eēt filiꝰ fabiani nobiliſſimi eiuſdem ciuitatis gentilis: ex curioſitate pſalterium xp̄ianorum legebat. Cum autem verſum illum Aſperges me domine yſopo ⁊ mūdabor ⁊c. nulla ratione intelligere poſſet: ⁊ ex hoc plurimū anxiatus eſſet: angelus domini eidem apparuit: ⁊ verſum illum de baptiſmo xp̄ianorum expoſuit: ac in fide xp̄i iuuenem inſtruxit. Sꝫ cū exinde idola amplius adorare nollet: a patre non modicum obiurgabatur. Exiens aūt ciuitatem die quadam ⁊ veniens ad fluuium ſequanam: eidem xp̄s apparuit ⁊ perfecte credentē in fluuio baptizauit. Deditqꝫ illi baculū aridū mandans vt ipſum in terrā figeret: ⁊ ſignum videret. Diſcedente ꝟo dn̄o venerandus baculū fixit: moxqꝫ flores ⁊ frondes pduxit. Quo viſo miraculo. cccccccccx. homines pagani conuerſi ſunt. ¶ Audiens hec imperator aurelianus ad ipſam ciuitatem acceſſit: ⁊ venerandum teneri fecit: ac ſacrificare nolētē: iuſſit eū ſuper ſcannum ferreū cathenis ligari: ignēqꝫ ſubterponi: oleūqꝫ deſup iactari. Et dum intactus ab exuſtione pmāſiſſet: fecit eū in carcerē recludi, vbi xp̄o ei apparēte confortat. Mane aūt imparor eū ligatum ad ſtipitē ſagittari fecit: ſed ſagitte in aere pendentes: in nullo ipſum ledere poterant: vna ꝟo ex ſagittis conuerſa retroſum imperatorē vno oculo excecauit. Quē aurelianus die ſequēti decollari mādauit. Uerū anteqꝫ milites ad carcerē in quo detinebat veniſſent: ruptis vinculis ⁊ apto oſtio xp̄i martyr p medios milites fugiebat. Illi ꝟo martyrē xp̄i vſqꝫ ad flumē ſequanā inſecuti ſunt. Qui ſup aquā ſiccis pedibus ambulauit vſqꝫ ad locū: vbi eū xp̄s baptizauit. Sicqꝫ flumē ex alia parte trāſiuit: Milites ꝟo tranſuadantes illū pcutere nō audebant. At ille eos hortabat: vt ſibi iuſſa cōplerent: mandās vt de ſanguine ſuo imperatori deferrent: de quo excecatū oculū liniret: ⁊ ſic lumen reciperet. Poſt hec aūt ſanctꝰ martyr ſuū dn̄o ſpiritū cōmendauit ⁊ p ſe in quacunqꝫ neceſſitate inuocantibus exorauit. Factaqꝫ voce ad eū de celo: ꝙ ipm̄ dn̄s exaudiſſet: decollatꝰ eſt. Cuius corpus truncatū ſe leuauit: ⁊ caput tollēs manibus per paſſus. xlix. portauit: ibiqꝫ cecidit: vbi ⁊ a xp̄ianis ſepultū eſt. xviij. kal. decembris. Imperator ꝟo de eius ſanguine oculum liniens lumen recuperauit.

¶ De ſancta veneranda virgine ⁊ martyre. Cap. lxi.

VEnerāda virgo apud galliam paſſa eſt ſub aſclepio preſide. Hec fuit filia agathonis ⁊ polite eius vxoris chriſtianorum de partibꝰ galliarū. Qui xxxv. annis in coniugio ſine ꝓle manſerūt. Oratione tandē ad deum fuſa filiam obtinuerunt: ꝙ pater venerandam vocauit; eamqꝫ ſacris litteris erudiri